

3.

ders finden. Also habe ich ver gesagt / Wer da die Schrifft geistlich auslegen will oder in einem verborgenen Sinn / soll für allein Din zcn auffsehen / das ers also treffe / daß sichs reime mit dem Glauben / oder wie S. Paulus lehret / daß dem Glauben ähnlich sey wo anders / so taug es nichts. Observanda itaq; fuerint illa Chrysologi Serm. 52. de Dæmoniaco surdo & muto, *Doctoris officium est lecta differere & mysticis obscurata sensibus lucido adstruere & demonstrare sermone, ne minor intelligentia inde perniciem generet auditori, unde scientiam conferre debuit & potuit salutarem.* Iterum graviter Stridonensis ille Doctor in c. XXVII. 7esaiæ v. 11. quæ licet in hypothesi dicantur, alijs tamen in genere quoque accommodari poterunt, *Hæc pie quidem dicuntur, sed quomodo cum certis congruant, & consummationis mundi temporibus coaptentur, difficultis interpretatio est.* Hæc ego (*) olim collegi in otio Academico Salano, quum, serie fortis ita ducente, sub Beatiss. mei Doctoris JOHANNIS GERHARDI censurâ & præsidio publico ad cap. II X. Amosi quædam conscripta prelo typographico committerem..

Nunc ergo in rem præsentem veniens, Scripturæ S. cereo & laudati illius mei Doctoris ductu viaticatus breviter indicabo, quomodo Spiritus S. VENTO, (hoc enim jam thema habent nostri Declamatores) comparetur. Fundamentum comparationis nobis præbet & *Saluator CHRISTVS* Joh. III, 8: & *Evangeliſta Lucas Actor.* II, 2: & *Ezechiel Prophetæ cap. XXXVII, v. 9. 10:* ad stipulante *Paulo Apostolo Rom. II X, 11:* & *sapientissimus Regum Salomo* in Canticorum Canticō c. IV, 16. ubi Spiritus S. confertur *Aquiloni & Austro,* quæ diversa quidem sunt vocabula (immò diversa etiam spiramenta) sed *unius spirit⁹* S. insinuant dona: *Aquilo*, dum æstuantibus refrigeria præbet, *Auster*, dum duros ad credendum vel benefacendum resolvit. Et quoniam in duob⁹ unus advertitur, (*) Ann. MDXXXIV. mense Junio.

non